

MARCUS ANTONIUS VAN DEN OUDENRIJN O.P., *Vita Malachiae Ghrimani ex Armenorum synaxis*, in «Archivum Fratrum Praedicatorum» (ISSN 0391-7320), 23, (1953), pp. 346-353.

Url: <https://heyjoe.fbk.eu/index.php/afp>

Questo articolo è stato digitalizzato della Biblioteca Fondazione Bruno Kessler, in collaborazione con l'Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum all'interno del portale [HeyJoe](#) - *History, Religion and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe è un progetto di digitalizzazione di riviste storiche, delle discipline filosofico-religiose e affini per le quali non esiste una versione elettronica.

Il materiale sul sito [HeyJoe](#) è disponibile sotto licenza CC BY-NC-ND 4.0: può essere scaricato, stampato e condiviso per uso non commerciale, con attribuzione e senza modifiche.

This article was digitized by the Bruno Kessler Foundation Library in collaboration with the Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum as part of the [HeyJoe](#) portal - *History, Religion, and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe is a project dedicated to digitizing historical journals in the fields of philosophy, religion, and related disciplines for which no electronic version exists.

The material on the [HeyJoe](#) site is available under the CC BY-NC-ND 4.0 license: it can be downloaded, printed, and shared for non-commercial use, with attribution and without modifications.



VITA MALACHIAE GHRIMANI EX ARMENORUM¹ SYNAXARIIS

QUAM EDIDIT

M. A. VAN DEN OUDENRIJN O. P.

1 - Paulo ante medietatem saeculi XIV magnum et quasi subitaneum incrementum acceperat unio Armeniae Orientalis cum Sede Romana. Centrum unionis fuit conventus S. Dei Genitricis de Qrna in valle Erndzjak, ubi Fr. Bartholomaeus de Podio OP, episcopus Marāghensis, ultimos annos vitae suae (1330-1333) transegerat. Ibi Fr. Joannes Qrnayensis congregationem Fratrum Unitorum instituerat, qui unionem ecclesiae Armenorum cum Romana Sede promovendam finem sui instituti proprium profitebantur. Sed post medietatem saeculi exortae sunt contradictiones et persecutiones, in quibus annis 1370-1384 primas partes egisse legitur Malachias quidam Ērimensis seu Ghrimanus (**Մալաքիա Գրիմեցի**), qui Fratribus Unitoribus multa monasteria eripuisse et manus quoque violentas catholicorum asseclis iniectis traditur. Eiusdem opera primum surrexerunt duo studiorum collegia, in quibus contra doctrinam et praedicationem Unitorum theologiam avitam monophysiticam adseverandam susceperunt magistri indigenae Sergius Aprakounensis (**Սարգիս Ապրակունեցի**) cognomine «Pacifici» (**Խաղաղարար**) et Joannes Orotniensis (**Յովհաննէս Որոտնեցի**) cognomento Kazik. Ex his famosior evasit Joannes, quippe qui postmodum Taթewensium scholam inchoavit, quam usque ad obitum suum († 7 Jan. 1386) rexit, discipulum et successorem relinquens Gregorium Taթewensem (**Գրեգոր Տաթևացի**, 1340-1411), qui monasterium Taթewense effecit arcem monophysitismi mox in tota Armenia notissimam, cuius influxus in Armenorum theologiam duravit usque in saec. XVIII, immo usque ad haec ipsa tempora nostra.

2 - De rebus gestis Malachiae notitias quasdam habemus apud duos scriptores saeculi XV, Thomam nempe Mecopensem (**Թովմա Մեծոփեցի**, 1376?-1446) et Fr. Mxițaric Aparanensem (**Մխիթարիչ Ապարանցի**), qui fuerat ex discipulis Malachiae et Sergii antequam fidei catholicae et congregationi FF Unitorum nomen dedit. Thomas in suo libro qui inscribitur **Պատմութիւն Դանկ Թամուրայ և յաջորդաց իւրոց**¹ Malachiam dicit fuisse hominem pium et bonum, vitae asceticae totum deditum: **զամենայն ժամանակս կենաց իւրոց միս**

¹ Opusculum hoc edidit K. Šahnazarean, Parisiis 1860.

ոչ եկեր և գինի ոչ էարբ (ed. Paris., p. 16). Multas ei adversitates intulisse Fratres Unitores eorumque fautores, veneno tandem interemptum a noverca haeretica magnum desiderium sui toti Armenorum nationi reliquisset: բազում հակառակութիւնս կրեաց յաղթարմայից սուս քրիստոնէից և յետոյ, զեղակուր եղեալ ի սանամօրէ իւրմէ յաղթարմայէ, սուրբ մեծ եթող ազգիս մերոյ (ibi, pp. 15-16). Torturam illatam illis Sergii Aprakounensis discipulis, qui ad partes Unitorum transierant Thomas non negat, sed nullam hac occasione Malachiae mentionem facit, quin potius repressionem violentam Joanni Orotniensi videtur tribuere: **Տրամայեաց (Յովհաննէս Որոտնեցի) բերել զաշակերտան և զէմյանդիման եղեն առաջի հրապարակին և պարտաւորեցան: Եւ տարեալ եղեն ի բանտի և զոմանս յերկաթի հարեալ և զոմանս բրածեծ արարին: Եւ վարդապետն Սարգիս բան տրանջման ասաց նոցա և յետոյ ամենեքեան պատժեցան յԱստուծոյ, ոմանք գետակուր եղեն, ոմանք խայտառակեալ մերկս շրջէին, կէսք ի նոցանէ, փախուցեալ զնացին յաշխարհն Ֆրանկաց և ի նոցա միջի չարախօսութիւն արարեալ ի պղնձի եղեալ եփեցին. կէսք ի նոցանէ զղջացեալք ապաշխարեցին, որպէս Աստուծոյ Մոկացին** (ibi, p. 40).

3 — Haec sunt quae de Malachia refert Fr. Mxitaric in opere, quod inscribitur **Գիրք Ուղղափառաց**², cap. 43: « Fuit homo quidam malus, satanae mancipium, cui nomen Malachias. Sacerdos is fuerat saecularis, oriundus ex urbe Էրիմ, discipulus deinde hypocritae cuiusdam pseudoascetae, qui vocabatur...³, super quem ira Dei propter malitiam eius corruere fecerat domus lacunar, sicque eum suppresserat... Huius rei verecundia motus Malachias in orientem profectus est, ubi ascetae sibi nomen arrogavit, simulans se herbis leguminibusque tantum vesci; postea vero, cum hypocrisis eius iam latere non posset, omnibus palam cibis usus est ieiuniorum tempore adhiberi solitis. Eratque vitiis sine scrupulo occulte deditus. Is, fraudibus usus diabolicis cum hypocrisi, a populo nostro catholico initio petiverat conventum superiorem de Aprakouniq. Huc transtulit Sergium vardapetum, eodemque loco multos discipulos collegit. Unionem fidemque catholicam e provincia ista penitus abolere gestiens, ubique circuibat multas colligens pecunias, e quibus dona credentibus et incredulis largiebatur, multos sic decipiens. Vera tamen doctrina a praedicto vardapeto⁴ eiusque discipulis percepta et ab episcopis quoque Sisensibus⁵ — ipse enim erat plane illiteratus in lege — desti-

² Opus sat magnae molis, sed imperfectum et huc usque typis non vulgatum, cuius duos codices manu scriptos vidimus apud PP Mekhitharistas S. Lazari (Mss Arm. 334 et 1663).

³ Nomen deest in utroque codice.

⁴ Scilicet a Sergio Aprakounensi, quo tempore is unioni adhuc fovebat.

⁵ Id est ab episcopis quibusdam armenis Ciliciae, qui in unione cum Romana Sede tunc vivebant.

tit a malo, veramque fidem professus est. Sed gloria mox mundana diabolus, ab initio malus, mentem eius decepit et Juliani instar apostata factus, circumvagando ubique multam vim nummorum congregavit, donorumque corruptelis ad suas partes ubique traxit Persarum principes et plebem. E discipulis Sergii vardapeti quosdam in arcem Erndzjak abduxit, quibus mortis tormento adhibito timorem incutere satagit, ut veram euerant doctrinam. Quos postea in conventum suum traduxit, iteratoque excruciatu tormento caesariem penitus avulsit. Sergius sane magister erat homo debilis et animo pavidus, unde nec verbum proferre ausus est, neque factis, quantum potuisset, obstare. Ex iis autem, qui cruciatibus subiacuerant reliquisque discipulis, aliqui, fuga clam arrepta, venerunt ad nos ⁶, a nobisque profecti in Maku, inde civitatem Caphae petierunt. Ex illis vero qui remanserant, aliqui secreto in vinearum torcularibus baptizati sunt a nobis, alii terrefacti latebras quaesierunt, alii timore perculsi varios locos adierunt dispersi, quorum multi usque modo ⁷ supersunt. Hypocrita autem Malachias, ut indoctus erat et saevus, neque his satiatus anhelabat omnes catholicos unitos ex Armenia penitus delere, veritus ne cuncti vardapeti christianis catholicis adhaererent cum discipulis suis. Unde Armenorum provincias viciniores denuo circumcursans, verbis calumniosis, mendacibus, dolosis, modo suo agendi hypocritico, lacrimis, suspiriis multos decipiens, iterum collegit pecunias multas, quas ab omnibus, tum divitibus tum pauperibus, extorquebat. Has ablatas praedonibus distribuebat, talibusque usus artibus multa nobis monasteria abstulit. Pro uno solo conventu se denariorum centum viginti millia in munera expendisse, ipse narrare solebat. Et, quia iuxta Sapientem ⁸ infernus non satiatur, decrevit post tot mala omnes fratres religiosos catholicos unitos congregationis Illuminatoris ⁹ ex Armenia extorres facere, ne Armenorum magistri cum suis discipulis secreto ab illis baptizarentur, sicque sensim sine sensu catholica fides dilataretur. Unde iterum circuiens per varios locos pecunias iterum novas collegit in dona ad pravum finem expendendas. Plenus autem minarum venit ad viculum quemdam nomine Poradašt, ibique in domo quadam substitit. Dolose comedere et bibere iuxta consuetudinem suam ibidem non potuit, unde quadragesimali cibo hypocritice usus est, dum verae fidei professoribus mala quaevis minabatur. Deus autem omnipotens, tantam malitiam iam non sustinens, subito dum cibus illi adhuc erat in ore, aegritudinem mortalem immisit. Ille vero Herodis instar inter ipsa tormenta adhuc fecit testamentum iniquitatis, dum catholicos, qui miliaribus sex distabant, criminatus est venenum sibi, aliquo mediante, propinasse. Postquam autem mortem

⁶ Ad nos, id est ad Fratres Unitores.

⁷ Usque ad A. D. 1410, quando Fr. Mxiřariř suum librum scripsit.

⁸ Cfr. *Prov.* 27, 20.

⁹ Fratres scilicet Unitores, qui S. Gregorium Illuminatorem tamquam patronum sui instituti colebant.

ibi turpissimam oppetierat, aliquantulo temporis transacto, satanae quaedam mancipia, homines perversi et indocti, qui gesta eius non noverant sed rumorem tantum mendacem, in regione remota miracula falsa variaque bona de eo literis mandarunt, sed quae nequaquam contigerant. Res tamen cessit in bonum multorum, nam christiani catholici uniti universi in vera fide firmati sunt, illi vero qui huius hypocritae sodales fuerant, fraudibus eius scandalizati religioni nationali valedixerunt, veroque baptismate tincti et sacerdotio initiati perrexerunt in Capham civitatem. Nos autem, qui decem amplius annos in societate eius vitam duxeramus multis cum monachis, stupentes nugas tam fictitias mirati sumus, omnesque narrationes doctrinasque Armenorum pariter falsas habuimus. Scandalo autem accepto de falsitate religionis eorum, verum non haesitanter amplexati sumus».

4 - Notitia quoque brevis de vita Malachiae in quibusdam Armenorum Synaxariis (**Յայտմաւորութիւն**) occurrit sub die 12 mensis Sahmi; videtur pertinere ad additamenta illa, quae saec. xv adiecta sunt a Gregorio Xlatensi, cognomine Cerenc († 1425), Taŕewensium scholae discipulo. Notitiam hanc invenire licet in pluribus codicibus manu scriptis, necnon in duabus editionibus illis, quae typis impressae prodierunt Constantinopoli A. D. 1706 et 1730¹⁰. Praeter editiones, quas literis «a» et «b» distinximus, hos codices Synaxarii manu scriptos adhibuimus: A=*Musaei Britannici* Or. 6555 scriptum A. D. 1489 (cuius textum, utpote antiquiorem maxime sequimur), B=*Mus. Brit.* Or. 4787 scriptum A. D. 1702, C=*Bibl. Mekh. Vindobonensium* 213 saec. xv vel xvi, D=*Bibl. Mekh. Vind.* 10 saec. ut videtur xvi, E=*Bibl. Mekh. Vind.* 695 aetatis nobis ignotae, F=*Bibl. Mekh. Vind.* 701 scriptum A. D. 1635, G=*Bibl. Mekh. Venetorum* 655 scriptum A. D. 1657, H=*Bibl. Mekh. Ven.* 1590 scriptum A. D. 1673¹¹.

5 - Notula autem huius est tenoris: **Յայտմաւորութիւն յիշատակ վարուց սուրբ և արի¹² ճգնաւորին Սաղաքիայի, որ ամենեւին յար և նման էր Հարանց¹⁴ Տօրն¹⁵ Իլլարիոնի և ոչ ինչ¹⁶ պակաս ի նմանէ, ուղղափառ հաւատովն¹⁷ և անբիծ¹⁸ վարուքն և անտանելի խտաւրան¹⁹ ճգնութեանքն, այլ և առաջնորդութեանքն²⁰ բազմաց վանորկից և²¹ կրանաւորաց;²² Իր նա²³ յաշխարհէն²⁴ Հօնաց, ի կողմանց²⁵ հիւսիսոյ,²⁶ ի մայրաքա-**

¹⁰ Cfr. Arsenium Lazikean, Հայկական նոր մատենագիտութիւն, vol. II, 26-36.

¹¹ Varias lectiones codicum Vindobonensium nobis transmisit R. P. Nerses Akinean, Venetorum R. P. Elias Pêçikean.

¹² H: յարի ¹³ A: մողաքիա; CD: մողաքիայ; E: մողաքիայի; GHab: մողաքիայի
¹⁴ CE: Հարանցն ¹⁵ FGHab: հաւրն ¹⁶ B om. ¹⁷ DF: հաւատով ¹⁸ CD: ամբիծ; F: բարի ¹⁹ B: խտակրոն; D om; CE: խտակրոն ²⁰ G om այլ և առ-
²¹ A om. ²² B: կրանորաց; CDEGHab: կրոնաւորաց ²³ H om. ²⁴ BE աշխարհ-
հէն ²⁵ C: կողմանցն ²⁶ A: հիւսիսոյ; E: հիւսուսոյ

զարէն²⁷ Ղրիմայ, որդի առն մեծատան և բարեպաշտի²⁸ ի պատուական ազգէ, որ էած²⁹ նմա կին³⁰ աւրինաւոր³¹ ամուսնութեանբ³² բայց ոչ ի³³ կամաց Մաղաքեային, այլ յակամայ³⁴ բռնադատեալ: Եւ յետ Գ. ամսոց³⁵ մեռաւ աղջիկն³⁶ այն³⁷ և ազատեցաւ Մաղաքեայն: Եւ³⁸ էր³⁹ յոյժ ուսեալ⁴⁰ զամենայն⁴¹ ուսումն⁴² եկեղեցական: ⁴³ Վկարգ⁴⁴ զշարական⁴⁵ և էր կարի հմուտ և տեղեակ⁴⁶ աստուածային գրոց գիտութեան: ⁴⁷ Ստուծոյ և էառ զկարգս⁵⁰ քահանայական: ⁵¹ Գնաց յԱյրուսաղէմ և դարձաւ յարեւելս, թողեալ զտուն⁵² և զհայրենիս և գնաց զհետ⁵³ հոգւոյն⁵⁴ կամաց⁵⁵ ծառայել Ստուծոյ և կեալ⁵⁶ անարատ վարուք և⁵⁷ անմեղութեամբ յաշխարհի: ⁵⁸ Եւ եղև մաքառել⁵⁹ նմա ընդ երկաբնակ⁶⁰ հերձուածողաց⁶¹ և⁶² շինեաց բ. վանս⁶³ և կարգեաց բ. դպրատունս բ. քա՛ղ և արի վարդապետաց յրնթեռնուել⁶⁴ զգիրս աստուածայինս⁶⁵ և բացայայտել⁶⁶ զխրթնածածուկ բանս իմաստասիրաց յուսումն աշակերտաց: ⁶⁷ Որոց առաջնորդէր⁶⁸ և բացայայտիչ մեծ, հռետորն⁶⁹ և բանիբուն⁷⁰ իմաստուն⁷¹ վարդապետաց վարդապետն⁷² Աստիկ, որ կախեալ կայր⁷³ ի սիրոյն⁷⁴ Ստուծոյ: ⁷⁵ Կաև⁷⁶ մեծ բարունապետն Սարգիս որ էր զարդարեալ ամենայն առաքինութեամբ, հեղ և խոնարհ, հանդարտ և խաղաղարար: ⁷⁷ այլ և հոգետես⁷⁸ մար-

²⁷ B: մայրաքաղաքն; EF: մայրաքաղաքին ²⁸ E: բարեպաշտի ²⁹ Aab: որոյ ազգեալ; BEFH: որ ած; D: որ և ած; G: և ածին ³⁰ H add հայրն իւր ³¹ B Hab: օրինաւոր ³² B: ամուսնութեամբ ³³ B om. ³⁴ Dab: ակամայ ³⁵ BG Hab: ամաց ³⁶ B: աղջիկն ³⁷ H om. ³⁸ ABCFGab add. զի ³⁹ E om. ⁴⁰ B: յուժ ուսեալ; E: ուսեալ էր ⁴¹ BCDEF om. ⁴² B: յուսումն; D: ուսուսումն ⁴³ D: եկեղեցւոյ; G: եկեղեցականաց ⁴⁴ Aab: կարգաւորութեան; D add. զտեսր; GH add. և ⁴⁵ A add. և զմանր ուսումն ⁴⁶ BE om. և տեղեակ ⁴⁷ CDE: գիտութեամբ ⁴⁸ ABCDEF om. ⁴⁹ B: ծառայութիւն; D: ծառայութեան; H: ծառայութիւնն ⁵⁰ B: զկարգ ⁵¹ GBH: քահանայութեան ⁵² BCEF GHab: զտունս; D: զտուն հայրենի ⁵³ B om. ⁵⁴ B: զհոգւոյն; E: հոգւոյն; F: հոգւոյ ⁵⁵ F: կամաց et om. reliqua usque ad և եղև ⁵⁶ C: եկեալ; E: կալ ⁵⁷ D om. ⁵⁸ BH: տխարհի ⁵⁹ D: մաքառել ⁶⁰ C: երկաբնակս ⁶¹ BF: հերձուածողացն; C: հերձուածող ⁶² ABCDEFGab om. ⁶³ F: վա՛ք ⁶⁴ B: ընթեռնուել ⁶⁵ ABEGHAb: աստուածային; F: աստուածային գրոց ⁶⁶ BEb: բացայայտեալ ⁶⁷ BF om. յուս. աշ. ⁶⁸ B: առաջնորդէր; H: առաջնորդն էր ⁶⁹ C D: հռետորն; E: ռետորն; F: հեռետորն ⁷⁰ CDE: բանիբունն ⁷¹ ADEF: իմաստունն ⁷² DG: վարդապետն վարդապետաց ⁷³ ab add. միշտ ⁷⁴ CD: սիրոյ; B: սերն ⁷⁵ D: քրիստոսի ⁷⁶ D: նախ ⁷⁷ H: հեղ և հանդարտ խոնարհ և հնազանդ. ⁷⁸ ABD: հոգետես

գարէաբար անյայտ իրաց և ⁷⁹ անձանձիր ⁸⁰ յընթեռնուլ ⁸¹ և յուսուցանել ⁸² զգիրս ⁸³ աստուածայինս ⁸⁴ աշակերտելոյ ⁸⁵ ան-
 ձանց: Օ այս բ. վարդապետս ⁸⁶ կարգեաց ⁸⁷ Մաղաքիայն ⁸⁸ յբ. ⁸⁹
 տեղիս առ ի յընթեռնուլ ⁹⁰ և յուսուցանել ⁹¹ և ինքն կայր
 սոցա ⁹² ի ծառայութիւն ⁹³ և ի ⁹⁴ պատրաստել ⁹⁵ զպիտոյս ⁹⁶
 կարեաց: ⁹⁷ Եւ այսպիսի ⁹⁸ վարուք ⁹⁹ կեցեալ ¹⁰⁰ ամս ժե. և ¹⁰¹
 ի թուականիս ¹⁰² մերո՞ւմ ¹⁰³ պ. և լգ. ¹⁰⁴ ամին զեղակուր ¹⁰⁵
 եղև ի սանամուրէն ¹⁰⁶ իւրմէ, բանիւ երկաբնակ աղթարմայ ¹⁰⁷
 առաջնորդացն: ¹⁰⁸ Օ ի կինն ¹⁰⁹ այն աղթարմայ ¹¹⁰ էր, Ֆռա-
 նդ ¹¹¹ դաւանութեամբ ¹¹² երկաբնակ: ¹¹³ Եւ այնպէս ¹¹⁴ փոխեցաւ
 ի սնտոի կենցաղոյս ¹¹⁵ յանանց կեանսն ¹¹⁶ յաւիտենական ¹¹⁷ սուրբ
 ճգնաւորն Մաղաքիա ¹¹⁸ վարդապետն: ¹¹⁹ Եւ ¹²⁰ եղաւ ¹²¹ սաղ-
 մոսիւք և աւրհնութեամբ ¹²² ի վանս ¹²³ Արնջակոյ ¹²⁴ ընդ հո-
 վանեաւ սրբոյն Գէորգեա: ¹²⁵ = Hodie commemoratio vitae sancti et
 intrepidi ascetae Malachiae, qui per omnia fuit conformis et consimilis
 Hilarioni patriarchae ¹²⁶, neque ulla in re extitit illo minor, nec fidei rectitu-
 dine, nec vitae integritate, nec disciplina regulari severrima, sed nec multorum
 monachorum religiosorumque ducatu. E regione Hunnorum hic fuit, e partibus
 septemtrionis, e metropoli Lrim ¹²⁷, stirpe natus generosa, filius viri opulenti
 et pii, qui legitimo matrimonio ei sponsam copulavit. Id quidem Malachiae

79 CDEG om. 80 G: անձանձիր; E add, ի 81 BEH: ընթեռնուլ 82 BE: ուսու-
 ցանել 83 F: գրոց 84 AB EFH ab: աստուածային 85 D: աշակերտելոց 86 A
 CDFGH ab: վարդապետս 87 B corr. ex կարգեալ 88 A: մաղաքիայն; D: մաղա-
 քիա 89 A ab: յերկու; BDG: բ. 90 B: ընթեռնուլ 91 BH: ուսուցանել; D om.
 ար ի ... յուսուցանել 92 F: սոցայ; CDEH: նոցա; B: ի սոցա; DG: նոցա և ի սպա-
 սաւորութիւն վանս ամենայն մարմնաւոր պիտոյից 93 G add. նոցա; H: ի սպասու-
 94 B om. 95 B om. 96 B: պիտոյս; H: զպէս 97 B: կարգաց կեալ; E: կարգեաց
 98 D: այնպիսի աստուածահաճոյ; EGH ab: այնպիսի 99 B: վարս 100 D: կարեալ
 101 D: իսկ; G om. 102 A: թուականիս; BH ab: թվականիս; G: թվականութեան
 103 CD: մերոյ; B: չայոց 104 B: պլ գ.; ab: ը ճ լ. 105 CDE: գեղակուր 106 C
 DE: սանամորէն; B: սանամորէ 107 BH: աղթարմայ; b om. 108 D: առաջնորդաց
 109 FGA: կին; B om. այն 110 B: աղթարմայ; E: ախթարմայ 111 BCD: Ֆրանկ
 112 B: դաւանութիւն 113 b: շրջեալ էր յերկաբնակաց դաւանութիւնն 114 B: այն-
 պիսի 115 A: կենցաղոյս; B: սնտոի կենցաղոյն փոխեցաւ 116 B: կեանս 117 CG
 H ab: յաւիտենականս; D om. 118 A: մաղաքիա; BCEF: մաղաքիայ; G: մաղաքիաս
 119 DG: սուրբ վարդապետն մաղաքիաս ճգնաւորն և առաքինին 120 Gab om. 121 H
 add. պատուով 122 B: օրհնութեամբ 123 AGH ab: վանսն 124 BD: երնջակայ;
 AEF G ab: երնջակոյ; H: երնջկաց 125 B: գեվորգայ; D: գէորգայ զօրաւորին.

¹²⁶ Cuius nempe vita in Synaxariis his immediate praecedit.
¹²⁷ Urbs magnam partem olim ab Armenis migratoribus habitata in Cherson-
 nesio Taurica; paeninsula tota ab eius nomine « Crimea » posteris dicta videtur. Apud

sponte factum non est, sed contra placitum suum fuit coactus. Tribus autem mensibus peractis, iuvenula illa mortem obivit et Malachias liberatus est. Valde autem peritus erat in omni ecclesiastica disciplina: non solum numeros callebat musicos et carmina sacra, sed etiam in divinarum scripturarum cognitione erat apprime versatus. Servitii igitur divini iugum adsumpsit et sacerdotalem ordinationem suscepit. Peregrinatus est in Jerusalem, unde in orientem regressus domum et patriam suam reliquit, ut Spiritus ductui morem gerens, Deum coleret, immaculatum se servaret et innocenter in mundo viveret. Cum haereticis diphysitis certamen sustinere debuit. Duo monasteria erexit et duo collegia condidit cum duobus magistris, qui de sacris libris praelectiones haberent, abstrusa quoque philosophorum dicta dilucidarent in discipulorum eruditionem. Inter quos rector et insignis exegeta extitit, vir eloquens, eruditissimus philosophus, magister magistrorum Kaxik, divino amori iugiter intentus. Alter vero fuit magnus doctor Sergius, omni virtute ornatus, mansuetus et modestus, tranquillus et pacificus, secretorum etiam cognitione spirituali prophetarum more ditatus, indefessus in sacra pagina discipulis legenda atque exponenda. Hosce duos doctores ut legerent et docerent duobus in locis¹²⁸ collocavit Malachias; ipse autem iis ministrabat et de rebus necessariis providebat. Hoc in vitae genere quum annos 15 consumpserat, anno iuxta computum nostrum 833¹²⁹, suadentibus ducibus apostatarum diphysitarum, veneficio interemptus est a sua noverca. Etenim mulier illa apostata erat: diphysita iuxta confessionem europaeam. Sic igitur sanctus asceta magister Malachias ex hac misera vita migravit ad vitam sine termino aeternam. Psalmodia et benedictione comitantibus, sepultus est in monasterio Erndzjak, cuius patronus est sanctus Georgius.

6 - E collectione colophonum codd mss armenorum saec. XIV, quam nuper edidit L. S. Xacikyān¹³⁰, haec adiicimus, quae spectant Malachiam Ghrimanum et res ab eo gestas:

Cod. Erivan. 159 (Liber Isaiae prophetae cum Actibus Apostolorum),

fol. 312b: թիւ ւրի ըր զրիցաւ ի գեօղը Շարահունեց ի դրան սուրբ Սարգսի ի յաւուրս Սարգսիա ճգնաւորի...¹³¹ = Anno 828¹³² scriptum est in hoc viculo Aprakouniq, in conventu S. Sergii, in diebus Malachiae ascetae.

Armenos saeculi decimi quarti saepe etiam nomine Sourxať (Սուրխաթ) vel Soulxať vocatur, inde in documentis latinis istius temporis habemus nomina Surgat. Sulgat, Solcat, et alia huiusmodi.

¹²⁸ Scilicet in Astatat et Aprakouniq.

¹²⁹ A. D. 1384.

¹³⁰ Նյութեր Հայ. Ժողովրդի պատմութեան, vol. II: Ժող. դարե հայերեն ձեռագրերի Հիշատակարաններ, Erivan 1950.

¹³¹ O. c., N. 660, p. 532.

¹³² Armenorum scilicet, id est A. D. 1379.

Cod. Eriuan. 2519 (Commentarii Matthaei Vardapet in evangelium Lucae), fol. 73b: ... ի թու. Հայոց ս. և ին. առ ոսոս արդիւնարան հռե-տորին Գրիգորի մեծի, յերկիրս յԱրնջանկոյ, ի վանքս Ապրա-կունեաց, զոր մեծ ջանիւ հառ ի յաղթարմայից երկնաբնակացն քաջ նահատակ քի Սալաքիաս¹³³ = Aerae Armenorum (anno) 860¹³⁴, ad pedes magni Gregorii¹³⁵ rhetoris proficui, in regione Erndzjank (*sic*), in conventu nostro Aprakouniq, quem magno conatu fortis Christi martyr Malachias haereticis dyphisitis eripuit.

¹³³ O. c., N. 736, p. 592.

¹³⁴ Id. est A. D. 1391.

¹³⁵ Videtur esse Grigor Taթեազի, ut recte notare credimus Xaփկյան l. c.